

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput V. De nomine cum dativo

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

Peculiare est, *Homo bonæ frugis.* <sup>2</sup> *Plaut.* 2.

*Capt.*

□ **NOTA.** Etiam in his usus observandus est; ut videamus, quæ magis Genitivo, quæ magis Ablativo gaudeant.

## CAPUT V.

## DE NOMINE CUM

Dativo.

## REGULA.

\* Dativos asciscunt Adjectiva, quæ Commodum, Facilitatem, Similitudinem, Proprietatem, Amicitiam, Aptitudinem, Æqualitatem, Propinquitatem, aut his contraria significant. *ut:*

Commodum aut Incommodum.

*Honestum, Iucundum, Utile, Bonum mihi.*

*Turpe, Molestum, Noxium, Malum tibi.*

Facilitatem aut Difficultatem.

*Facile, Difficile discenti. Obvius mihi.*

*Domus ventis pervia. Invia virtuti nulla est via.*

Huc pertinent, *Manifestus, Notus, Perspicuus, Obscurus, Periculosus, Dubius, & similia;*

ut & Verbalia in **BILIS**; & Participia in **NDUS**.<sup>1</sup>

*ut, Affabilis nulli. O mihi post nullos unquam*

*memorande sodales. Ovid. 1. Trist. 4.*

Tametsi Participia in **NDUS** nonnunquam etiam Ablativum mediante Præpositione **A** vel **AB** asciscant. *ut, Admonendus ab*

*R 3 amico,*



*amico. Venerandus, Colendus ab omnibus.*

Similitudinem aut Dissimilitudinem.

2. *Filius patri similis. Idem occidenti facit. Hor.*  
*Dissimilis Sulpitio. Cause illi maxime alienum.<sup>2</sup>*  
*Cic.*

*Nibil tam Lysæ diversum, quàm Isocrates.*  
*Quintil.*

Proprietatem aut Communitatem.

*Amatorem tibi proprium. Plaut. Mostell.*  
*Omni atati mors est communis.*

Amicitiam & Odium.

*Amicus, cior, cissimus mihi. Gens inimica mihi.*  
*1. Æn.*

*Improbitas Iudici invisa. Charus animo meo.*  
*Ter.*

*Fidus imperio. Infidus patriæ.*

*Excipitur Studiosus, quod perpetuò Genitivum habet.*

*Homo mei studiosissimus. Studiosus pietatis.*  
 Aptitudinem aut Ineptitudinem.

*Malum malo aptissimum. Liv. l. 1. ab U. C.*

*Sic Ineptus, Appositus, Accommodatus, Idoneus,*  
*Sufficiens, Necessarius, Opportunus, Commo-*  
*ditus, Conveniens, Habilis, Proclivis, & similia.*

Æqualitatem aut Inæqualitatem.

*ut, Par, Impar, Consonus, Absonus, Consentaneus,*  
*Congruus, Coævus, Concors, Concolor, Discolor,*  
*Æqualis, Inæqualis, Superstes, Socius, Secundus*  
*pro Impar.*

*Par vel impar tanto oneri.*

*Nulli veterum virtute secundus. 11. Æn.*

*Ceteri Patri superstites fuerunt. Sveton.*

Quædam



Quædam etiam cum Præpositione construuntur. ut:

*Nec absenti à voce motus erāt. Liv. l. 7. ab U. C.*

*Cum re aliqua consentaneum. Cic. Appio l. 3.*

*Secum ipsa discors. Liv. l. 2. ab U. C.*

Huc pertinent & Elliptica. <sup>3</sup>

*Divites conferrent, qui oneri ferundo essent.*

*Liv. l. 2. ab U. C.*

*Rempub. gratia referenda esse. Liv. l. 9. dec. 3.*

*Ea modo, quæ restringendo igni forent, portant. Liv. l. 10. dec. 3.*

*Esui, U sui esse. Solvendo non esse.*

Propinquitatem.

*Proximus egomet mihi. Ter. Andr. 4. 1.*

*Tibi me propior nemo est. Cic.*

Sic Propinquus, Finitimus Vicinus, Confinis, Conterminus, Conjunctus, Contiguus, Cognatus, Socius, Familiaris.

NOTA ¶ I. Exemplo Adjectivorum etiam Substantiva interdum cum Dativo construuntur, quando commodū aut incommodum significant. ut: *Homo Homini Lupus, Diabolus, Angelus.*

*Idem amor exitium est pecori pecorisq; magistro.*

*Autor his rebus quis est? Ter. Ad. 4. 5. (Virg.)*

*Autor cæteris ad te juvandum. Cic. l. 9. Att.*

*Auxilia libertati invocat. Tacit. l. 15.*

*Me adiutorem huic venisse. Cic. 1. de nat. Deor.*

Δ II. Amicitia nomina raro etiam Genitivum admittunt. ut: *Plato veritatis amicissimus. Cic.*

*Regina tui fidissima. Virg. 1 2. Æn.*

Sic & Superstes. *Cic. ad Q. Fr. l. 1. Superstes mea vite & dignitatis.*

Et



Et *Par* apud Poetas. *Quem metuis par huius erat.* Lucan. l. 10.

Sic *Dispar*. Cic. de Senect. *Dispar sui atque dissimile.* Sil. l. 8. *Haud dispar animorum.*

Δ III. Pleraque Adjectiva commodi & aptitudinis, mutant Dativum etiam in Accusativum cum Præpositione A D. ut:

*Idoneus ad hanc rem.*

*Magister ad eam rem improbus.* Ter. Andr.

*Inutilis ad pudicitiam, & ad tutandam rem.*  
Ter. Andr.

Sic *Aptus, Accommodatus, Sufficiens, Necessarius, & similia.*

Δ IV. *Communis & Proprius* etiam Genitivo junguntur. Cic. de de leg. *Civitas communis Deorum & Hominum, Mundus universus.* Ter. Andr. *Vitam Deorum propterea sempiternam esse arbitror, quod Voluptates eorum propriae sint.* Cic. de Sen. *Id quidem non proprium Senectutis est vitium, sed commune Valetudinis.*

*Communis* etiam Ablativo jungitur, mediante Præpositione CUM. ut:

*Hoc mihi est commune cum ceteris.* Cic. II. Att. 1.

Sic *Idem cum hoc.* ut, Annianus Poëta & plerique cum eo eiusdem Muse viri. Gell. l. 9. c. 10.

*Hic, Eiusdem cum eo Muse viri, i. e. etiam Poëtae.*

Δ V. *Similis & Dissimilis* Genitivo junguntur, quando ad animum referuntur; Dativo verò, quando ad externam figuram aut similem



similem affectionem, ut: *Domini similis es. Ter.*

*Eun. 3. 2.*

Du hast deines Herrn weise an dir.

*Dissimilis sui est.* Er thut wider seine gewonheit.

*Filius patri similis. Cic.* Dem Vater ähulich.

*Similis est patri, sed similis est Matris,* Er sihet

dem Vater ähulich / hat aber der Mutter  
Sinnichen.

Δ VI. *Propior & Proximus,* etiam Accu-  
sativo junguntur, ut, *Propior montem. Salust.*

*Quis pulsat? Qui te proximus est. Plaut.*

*Proximus Pompeium sedebam.*

Dicimus etiam cum Präpositione;

*Ab igne propior stetit.*

*Proximus à Jove,* der nechste nach ihm.

*Proximus ad Dominam nullo prohibente sedeto.*

*Ovid.* nechst bey ihr.

Δ VII. Quando huius Regulae Adjecti-  
va Substantive sumuntur, Genitivo 5 jun-  
guntur, ut:

*Proprium animantium. Cic. 1. Off.*

*Commune animantium omnium est. Cic.*

*Amicus veritatis. Socius fortunarum.*

*Par calceorum, amicorum. Est fratris tui e-  
qualis, Gleichgesell.*

*Germanos se putant esse Thucydidis. Cic.*

## CAPUT VI.

## DE NOMINE CUM

Accusativo.

R 5

REGU-